

quoque ducis Burgundie diversorumque dominorum propendiam affuturi sunt. Quocirca iterum atque iterum vos hortamur in domino et districte requirimus, ut pro tam pio tamque salutifero catholice fidei opere perficiendo debitum vestrum diutius remorari nolitis. Sed illud quantocius fieri potest diligenter implere studeatis, quod sumopere desideramus et a vobis instanter deprecamur. Dat Mantuae sub anulo pisc. die XXVIII. iulii 1459 pontif. nostri anno primo.

Orig. all'Archivio di Stato in Bologna.

### 18. Papa Pio II a Francesco Sforza, duca di Milano.<sup>1</sup>

Mantova, 29 luglio 1459.

Il papa insiste molto sull'importanza della presenza del duca.  
« Nam cum auctoritas tua magna sit et consilium etiam sapiens, speramus te praesente ac considerante omnia ex nostro desiderio efficacius successura ».

*Lib. brev. 9, f. 58b.* Archivio segreto pontificio.

### 19. Papa Pio II a Diether di Isenburg.<sup>2</sup>

Mantova, 31 luglio 1459.

Comiti de Ysemburg. Dilecte fili etc. Intelleximus te proxime ad Maguntinam ecclesiam electum fuisse et oratores iam destinasse qui ad procurandam illius confirmationem accedant. Significamus tibi necessarium esse ut tu personaliter venias et presens ab apostolica sede hoc impetres. Nos enim aliter daturi illam non sumus. Si qui sunt qui contrarium consulunt in errore versantur. . . . Si veneris invenies nos ad omnia promptos quae honorem et utilitatem tuam concernant. Si minus necesse erit intelligas veritatem mendacio preferendam fuisse. . . .

*Lib. brev. 9, f. 60.* Archivio segreto pontificio.

### 20. Papa Pio II al duca Luigi di Savoia.<sup>3</sup>

Mantova, 6 agosto 1459.

« Expectavimus usque in praesentem diem oratores tue nobilitatis quos te missurum iam dudum promiseras ». Segue una pressante preghiera perchè finalmente li mandi.

*Lib. brev. 9, f. 60b.* Archivio segreto pontificio.

<sup>1</sup> Cfr. sopra p. 56.

<sup>2</sup> Cfr. sopra p. 122.

<sup>3</sup> Cfr. sopra p. 65.